

LIII.

Ita Pontificios ista omnia quam studiosissimè obser-
vare, necessitatem insuper istorum rituum strenuè urge-
re, nemo est, qui neget.

*De Leone Nono scribitur, quod semper post tertiū diē discalceatus in
Vaticanum se contulerit. De Boleslao testantur historiae, quod nudis pe-
dibus processionem in Hungariam instituerit. De Fulcone, quod fune se
duci, & virgis cadi in itinere versus Hierosolymam voluerit.*

LIV.

24. Sicut gentes vel pestis vel belli tempore, proces-
siones instituerunt, & idola sua de loco in locum porta-
runt, ut hac ratione inclementiam Deorum averterent.

*Clemens in Paren. ad gentes dicit, simulachra Deorum ob publicas
calamitates avertendas solennibus ceremoniis ex uno loco in alium so-
lita transferri fuisse. Romani, attestante Arnobio, l. 7. ad vincendum
Hannibalem Magnam matrem Deūm ex Pbrugia Romam transtule-
runt, & magnifico templo honorarunt. Ad pestem etiam abigendam
Æsculapium ex Epidauo Romam adduxerunt, & templo ac sacrifi-
ciis coluerunt.*

*Testatur quoq; Epistola Jeremie, gentes in publicis supplicationi-
bus, statuas Deorum circumgestasse.*

LV.

Ita Pontificii semper illud, urgentib. calamitatibus
publicis, in more positum habuerunt, ut in publicis pro-
cessionibus Monstrantias, quas vocant, de loco in locum
portarent.

LVI.

25. Sicut Ethnici quando circumducebantur imagi-
nes, ingenua procidere, illaq; adorare cogebantur:

Baruch cap. 6. v. 3.

LVII.

Ita Pontificii illos, qui non eosdem mores imitan-
tur, pro hæreticis habent.

LVIII.

26. Sicut Ethnici benè meritis de se hominibus divi-
num honorem exhibuerunt:

C

Cum